

A diam, & legibus constitutis parebo atque aliis, quibuscumque plebiscitis. Quod si quis leges vel irritas facere, vel eis non obtemperare velit, non concedam, sed ulciscar, & solus, & cum pluribus. Sacra quoque parva colam. Horum dii mihi testes, & concilii sunt. *Stob. serm. 41. de Repub.*
 * *Juvenum consilia insulcia, & exitiosa. E. contra, Seniorum sana, & salicia.*

A senibus senatum Præci dixerit, quod senes Rempub. gubernare, ac labefactam erigere possunt, & consilio suo Principum negotia dirigere.

ANALOM seniorum consilia sprevit, & juvenibus auscultavit, unde & paterni regni invasor exitit, & vitæ ejusdem insidias improbus parricida struxit. *2. Reg. 13. 14. 15. & seq.*

CICERO introducit alibi Poetam interrogantem, quinam everterint Rempublicam? Et subjicit: Oratores novi, stultuli adolescentuli.

Patens Urbis Romulus gerendæ domi Reipublicæ senes statuit: unde senatus dicitur. Hi non ab autoritate modo, verum & ab ætate Patres vocati. Et cum in anno disponendo, primum mensem Marti, Veneri secundum dedicasset, à majoribus, id est, senibus, nominavit tertium. Tanti enim ducebat senectutem, ut proximum à Diis locum, nominandis mensibus, ætati huic tribuerit. Quod si qua unquam in Republica virtuti locus fuit, haud scio, num quæ sit in hac re, sicuti nec in magnitudine Imperii, cum Romana comparanda, quod eam non oratores novi, stultuli, adolescentuli, ut ille inquit, sed Senes maxime administrabant: qui quod consilio, & prudentia valerent quam plurimum, domi forsique rem bene gerebant.

AGESILAUS sua prudentia cavet, ne post Leutricam pugnam Lacedæmona Thebanis capta diriperetur.

NESTOR, consilium Agamemnonis in Trojano bello administrando, quam omnium Imperatorum, & militum fortitudinem, plus faciebat.

ROBAM plus quam dodrantem regni amisit, quod veteribus consiliariis non crederet.

LUDOVICUS XI. hujus regni Gallici Monarcha, similem ob causam penè regno excidit: ut ipse moriturus confessus est eorum filio, quem dehortabatur à suo exemplo; jubens, ut, quos relinquebat, senes consiliarios in consilium adhiberet, & illorum sententiam sequeretur: propterea quod relicti sibi à patre cum minus ipse initio crederet, setè in nuquam lapsus esset. Nostra memoria Ludovicus Rex Ungariæ, juvenis cujusdam viri primarii inductu, cui de regni administratione planè fidebat, bellum adversus Turcas, nec viribus par, nec satis munitus, & veteribus Ducibus, & Consiliariis dehortantibus, suscepit. Unde factum est, ut mortuo rege, florentissimum illud regnum, Christianissimi firmum antea propugnaculum, in Turcarum potestatem deveniret: & infinitæ calamitates sunt consecutæ.

ATHENIENSIBUS ad electionem Ducis olim convocatis, cum oratores Charetem quendam juvenem, & robustum, Iphicrati valde seni præferrent: Timotheus ex principibus viris unus, Talem, inquit, non Ducem eligite, sed qui Duci suas stragulas portet: significans, rebus gerendis non lumbos fortes, non validos lacertos sufficere, sed magis requiri judicium atque experientiam: ut idcirco potius senibus, quam aliis, earum administratio committatur, ut qui plerumque sapientia, & peritia juvenes superent.

Prætermitto exempla Appii Claudii, Mafniffæ, Catonis, D. Phocionis, Sophoclis & Lælii: de quibus Cicero, & Plutarchus, ut senilis virtutis typum proponant.

Quero, num Moyses, & Josue anno grati centesimo, num David, cum præ senectute Abissas puellæ calore foveretur, rerum curam, & administrationem deposuerint, minisque utiles quam ceteri, tanta ætate gravitate fuerint?

Scipio is, qui primus nomē hoc meruit, cultu & studio senis patris, qualis ipse evasit & vir, & civis? quales ejus posterit?

PAPYRIUS, qui vir, & quantus? puer non puerorum studia, & inanes ludos, sed senum sectabatur vestigia.

Et Cyrus, qui regnavit in Perside, & apud avum, & apud alios uti rerum probatissimos homines, ea didicit, & meditatatus est, quæ postea & fecisse illum & gessisse, historici tradunt. *Ex axiomat. Politici Georg. Richerisi.*

Nec est quod ad vetera refugiamus. Anno superiore, Fredericus Comes Palatinus oblatum sibi Bohemiarum regnum à perduellibus quibusdam, juvenili consilio amplexus, sibi, familie, totique Germaniæ exitio fuit. Quippè regno fugatus, patria etiam, & hereditariis Provinciis amissis, Bavorum coquinam ambire aliquandiu coactus, & cum perditorum aliquot millibus reverfus, at iterum victus, tandem inops, & inglorius, demisso juvenili imperio, Imperatoris Ferdinandi, ac Regis Catholici misericordem beneficentiæ præstolatur; & mitior factus, superbum verticem demittit. *Juvenes avari, prudentes, Martyres, Reges. Quere in Locis de virtutibus, & vitis, quæ illis accomodantur. Item in Locis de Martyribus, & Regibus.*

* JUVENTUTIS CORRUPTELA PERNICIES REIPUBL.

Petantur nonnulla ex Tit. de Educatione, Institutione. Narrat Ludovicus Vices lib. de Jemina Christiana, non minus prudens, quam utile consilium prudentis cujusdam Hispani, quo juvenus ab illecebros voluptatum abducta, magno cum commodo patriæ, frangi esse cepit. Etenim levis, & proclivis est via ad id quod volumus; plerique autem ob ignorantem, & imperitiam rerum bonarum, pessima volunt. Memini, inquit Vives, narrari olim mihi per adolescentulo, esse in Hispania civitatem, in qua juvenus nobilitatis ex otio atque opulenta, ceperit in studia sese luxu projicere, ut nihil curarent præter convivia, saltationes, amores, lusus, & exercitia, quæ minimum vel bonæ mentis afferrent, vel prudentiæ: cum magno seniorum merore, qui ex iis initiis grandem Reipubl. suæ jacturam arguabantur, multique eorum noctes & dies, quomodo hinc suorum juvenum vitis obviam ire possent, inter se consultabant. Etenim se mortuis, civitatem in perditiss. omnium manus devenituram, videbant. Eorum quidam consilium attulit saluberrimum. Nam quum animadvertisset, amatorculos esse hos juvenes, & de voluntate ac judicis feminarum plurimum pendere, auctor reliquis senibus fuit, ut quisque filibus suis, & nutibus, iisque feminis, quæ ad curam suam pertinerent, declararet, quo in discrimine sita essent civitatis res, quæ ex florenti ac felici, miserima ac perditissima esset futura, simul ac primum amensiss. homines administrationem illius susceperint: feminas verò quæ nunc molli ter per opulentiam atatem agerent, inveris negotiis in egestate atque inopia rerum omnium durissime toleratas vitam. Unicum rebare hinc malis remedium, si illæ, quarum censuris juvenus tantum tribueret, ad prudentiæ illos studium curamque publicæ salutis extimularent. Id futurum perfacile, si saltatorculos, loquaculos, inepios, curriles, convivatores, ludibundos, aperta significatione fastidii defugerent atque averterent: probos autem, moderatos, sobrios, in quibus non nihil elucet cordis, comiter ac benevolè exciperent; hos laudarent, tanquam futuros aliquando columnas, & tutelam patriæ, vituperarent illos, ut nequam, & perditos adolescententes, nullis frugis, & patriæ futuros detecori atque exitio. Placuit senibus consilium, quod & explanatum senibus vehementer est, ut in tam manifestis periculo, approbatum, itaque illa acutiss. excecata sunt. Brevis tempore juvenus ita est commutata, ut è profi gausi ac perditiss. cordatissimi viri evaserint, & callentissimi publicæ privatæque administrationis. Atque illa civitas multo deinceps vigentior fuit sub his juvenibus, quam sub illis senibus fuerat, longèque majores suos juvenes illi ingenio, & rerum usu antecelluerunt. *Haitemis Vices.*

Finis Litteræ I.

K. Littera.

Littera Græca ad Latinos translata, exiguum apud eos usum habet, cum illius effectum, & sonum suppleat C. unde & omnia nomina per hanc etiam scribi consueverunt, ut v. g. Cabala, Calenda, Carus & similia, quæ proinde in littera C. erunt querenda, cum jam apud Grammaticos receptum sit, Latinum C. idem valere, quod Græcum K. & explodenda sit opinio aliter sentientium.

F I N I S.

THEATRI



THEATRUM
 VITÆ HUMANÆ,
 AUCTORE
 LAURENTIO BEYERLINCK,
 ARCHIPRESBYTERO ANTVERPIENSI,
 Littera L.

* Asterisci Titulis, sive Generalibus, sive Secundariis, Rebusve sub
 isdem consentis præfixi, posterioris Auctarii sunt indices.

L. LITTERA.

CUJUS REI NOTA OLIM.

RESERVATIO Scaligeri est, L. olim notam fuisse laudis. Ita ille Comment. in *Varronem*, ad verba, *Paucissimi aq. L. faciunt*. L. inquit, nota est, quam olim inletere solebant ad designandum locum laudabilem; quod patet ex Commentario, ubi L. exponitur *Locus laudabilis*. Legatur *Robertus Titus lib. 10. cap. 14.*

* Laborum.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

LABORUM, vox Græca est, & significat vexillum militare, cui appendebant paludamentum ex antena transversa, quod candys veteribus appellatur. Præcedebat Imperatorem immediate, & à militibus adorari moris erat. Nonnulli existimant, ita dictum à labore, quod esset velut levamen laborum, utpote milites quantumdunque fatigati existerent, & in acie laborarent, in vexillum hoc, ceu anchoram quandam sacram Oculos conticiebant, quod scirent Imperatorem ibi præsto esse, à quo omne præsidium, & alacritas expectabatur. Alii vocem Persicam censent, à (Labor) quod est descendere; erat namque signum pensile, & Persarum ac Armenorum usu Regibus præferebatur.

Tempore Tertulliani videtur ea vox cognita nondum fuisse. Constat autem, Constantinum Imp. statim à conversione, Labarum formasse in signum Crucis. Ita de illo *Sozom. lib. 5. hist. Ecclesiast.* Justit viros cruditos ex auro, & lapidibus pretiosis in vexillum Crucis transformare signum, & quod labarum vocabatur, ad *παρὰ Πρωτοῦ καλῶμενον λάβαρον*. Meminit quoque *Prudentius lib. 1. cont. Symmach.* *Christus purpureum gemmantis sectus in auro Signabat labarum.*

Manit autem Labarum ea forma utique ad tempora Juliani Apostate, qui amoto Christiano, Ethnicum labarum reposuit, in quo Lupus, Aquila, Minotaurus, aut simile animal exprimebatur.

L. B. Theat. vitæ Humanæ. Tom. IV.

Videat Lector de Labaro Constantini nonnulla in *Loco de CRUCE.*
 Item in *Loco de VEXILLO.*

* Labor. DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

LABOR, Græcè *πόνος*, est functio quædam vel animi, vel corporis, gravioris operis, & muneris. *Cic. lib. 2. Tus. quaest. sic dicta quod membra faciat labare dissipatis inter agendum spiritibus vitalibus.*

Labor, Hebr. *laghabha*, labor & res parva labore. *Job 20. 18. Ieghibbah*, defatigatus hominem, defatigatio, fructus item laboris, *Psal. 128. 2. Esai. 55. 2. Ieghibba*, defatigatio laboriosa, labor molestus, *Ecclesi. 12. 14.* verbo *Ieghabha*, laboravit, quod refertur potius ad animum, quam ad corpus, fatigatus est labore. Cognitionem habet cum *Gaghab*, mugivit, & *Naghab*, attingit, unde *Neghab*, plaga, item cum *Ghabab*, expiravit. Significat enim, tanto affectu, & labore adspirare ad rem aliquam attingendam, ut animus mugiat, & vix respirare possit. Hinc *2. Reg. 2. 23. & 2. Reg. 23. 23.* laboro, milita afficio. *2. Hamal* verbum, id est, laboravit cum molestia & defatigatione, proprie significat, durum exercere laborem, qui corpus & animam defatigare solet, ut olim in pistinis molar: transfertur deinde ad alios duros labores. Hinc *1. Reg. 17. 34.* labor, & *1. Reg. 17. 34.* molo, *1. Reg. 17. 34.* molo. Et dicuntur catenati labores, qui duri sunt, urgentes, & ad invicem consenti, & alii ex aliis nascentes.

LABORIS COMMODA, ET FRUCTUS.

Labores & præclara facinora aduentibus, & vita ipsa cum virtute conjuncta, jucunda est, mors nequaquam acerba, immortalem nominis sui gloriam relinquentibus. *Arrian. lib. 5. hist.*

Non est viri timere sudorem, nec est viri fortis, nec strenuus, qui laborem fugit, nec crescit illi animus ipsa rerum difficultate. *Senec. in epist.*

Omnes artes omniaque opera quotidiano usui, & jugi exercitatione proficiunt: quod si in pravis verum est, quanto magis decet in maximis custodiri? *Veg. de re milit. 2.*

Vita humana proprie uti ferum est: ferum si exerceas, contectur, si non exerceas, tamen rubigo interfecti item; homines Ddd exer-

A exercendo contenti, si nihil exerceas, inertia, atque torpedo plus detrimenti avertit, quam exercitatio. *Gell. lib. 11.*
 Ergo nullum generoso viro laborum finem statuo, quam labores ipsos, qui ad gloriam, & decus ducunt. *Arrian. hist. 1.5.*
 Labores, & praeterita, facinora adentibus, & vita ipsa cum virtute conjuncta jucunda est, & mors nequaquam acerba immortalem nominis sui gloriam relinquuntibus. *Eod. lib.*
 Nusquam nec opera sine emolumento, nec emolumentum ferre sine impensa opera est. Labor voluptasque dissimilima natura, societate quadam naturali inter se sunt juncta. *Lucretius de nat. 1.15.*

Ex parente meo, & ex aliis sanctis viris ita accepi, munditias mulieribus, viris laborem convenire, omnibusque bonis oportere plus gloriae, quam divitiarum esse; arma, non suppellectilem decori esse, & alius, de bell. *Ingr.*
 Qui capis optatam cursum contingere metam,
 Multi a tuis fecitque puer, sudavit & alsi.
 Abstinet vivere, & vino.
 Horat. in arte Poet.

Nec aliter Ovid. 2. de art. am.
 Dum vires antiquae fenuit, tolerare labores,
 Jam veniet tacito curva senecta pede.
 Aut mare navigis, aut vomere scindite terram,
 Aut fera belligeras addite in arma manus.
 Phocylides.
 Οὐδένα αἰδῶν ναυαγῶν πῆλα ἀδρόναι ἀπὲρ τῆρον.
 Οὐδ' ἀνδρῶν μακροῦ πῆμα δ' ἀπὲρ τῶν ἰσθμῶν.
 Nullum sine labore est hominibus facile opus.
 Neque ipsi beatis labor virtute valde iuvat.

NIMIUM ASSIDUI

INCOMMODA.

Ex Ovidio lib. 1. de Ponto.
 Confiteor facere hoc amo, sed & altera causa est,
 Anxietas animi, continuaeque labor.
 Cernis ut in duris (& quid bove firmius) arvis
 Fortia tororum corpora frangat opus.
 Quae nunquam vacua solita est cessare novali,
 Frustribus assiduis laesa senescit humis.
 Occidit, ad Circi si quis certamina semper
 Non intermissis cursibus ibit equus.
 Firma est illa licet, solvetur in equore navis,
 Quae nunquam liquidis sicca carebit aquis.
 Me quoque acerbis series immensa laborum,
 Ante meum tempus cogor & esse senex.
 Otia corpus alunt, animus quoque possit illis,
 Immadatus contra carpi utrumque labor.
 Aristotelis lib. 6. Ethic. cap. 1. citum erat in laboribus modus tenendus, quem recta ratio praecipit; exhaeret enim labor, & senium adducit. *Idem de long. vita, & ut plantae mediocri aqua aluntur, immodica suffocantur, sic moderatis laboribus animus adjuvatur, immoderatis obtuitur. *Plin. in Moral.**

LABORIS COMMENDATIO.

EXEMPLA ET APOPTHEGMATA ETHNICORUM.
 Democritus dicebat, omnes labores otio jucundiores esse, quando illa consequuntur homines, quorum gratia laborant, aut consequentes se sciunt. Frustrationi vero, cum spei non respondent eventus, unum est remedium: omnia reliqua similiter arumnotata sunt, & laboriosa. *Stob. serm. 29.*
 Idem cum interrogaretur a quodam, quomodo laboriosi, ac industrii tribuant a deosolosis: Quo, inquit, impii a piis, spe nimium bona. Sperat quippe, qui corpus laboribus exercet, pinguis laborum praemia, desiderat autem semper praesentem inveniunt paupertatem. *Max. ser. 32.*
 Idem adolescentem precipitarius industrium, optimum, inquit, Senectuti condid oblitum. Sensit, fructum laborum senectutis esse sulcimentum, & oblitum, quo si destituatur homines, quis negarit miseriam senum esse conditiones? *Idem ib.*
 Pythagoras familiares suos hortabatur, ut optimum vivendi genus sibi deligerent; quamvis enim laboriosissimum esset, consuetudine tamen fore jucundum. *Stob. serm. 30.*
 Cleanthes suam vitam divinum vitae solebat hoc nomine praefere: Dum illi, inquit, pila ludunt, ego fodiens duram humum exerceo. Sensit vitae lapidissimum, hominem non ad otium, & desidiam, sed ad laborem a Deo conditum esse. *Laert. lib. 7. cap. 11.*

Cum Philippus Alexandri magni pater expeditionem, & bellum in Corinthum apparare diceretur, Corinthii trepidi rerumque suarum fatigantes, ad operam certam incumbere ceperunt, hic arcti sibi comparabant, ille lapides congerere, alius muros in altitudine substruere, nonnulli propugnacula firmabant, alii aliud agebant, quod ad munitiones pertineret. Eorum itaque studium Diogenes cum cerneret, nihil habens aliud commodius quod ageret, extemplo philosophico pallio succinctus dolium suum subvolvere, & hinc inde vertere cepit. Admirante autem quodam ejus amico, ac percunctante, cur hoc ageret? respondit Diogenes: Ideo volvo, ne unus inter toti operi intentissimos cessator esse videar, *Guido Bitur. in vit. de Desidia.*

Idem. Cuidam admonenti, ut jam senex requiesceret a laboribus: Quid, inquit, si in stadio currerem, utrum oporteret jam metz viciniam, cursum remittere, an magis intendere? Recte sentit, virtutis studium hoc magis intendendum, quo minus superest vitae; quod turpe sit, tum ab honesto instituto refrigerere. *Laert. 1.6.*

Socrates cuidam cupienti quidem ire ad Olympia, sed itineris labore deterrito: Cum, inquit, domi saepe numero totum propere diem ambules, ante prandium, rursus ante coenam, si domesticas ambulationes proferas ad quinque sexve dies, facile pervenies Olympia. Docuit, id quod terret in adeundis laboribus, imaginationem esse potius, quam ipsum laborem. Si quid honestae rei gratia periculi, dispendii, aut laboris suscipiendum est, excusamus, detrectamus, horremus, cum frequenter ultra in rebus nihil (non enim dicam turpibus) plus impendamus. Ita quidem invitati ad studia litterarum, excusant valetudinem, infirmitatem, impendia laborum, cum interim totam noctem ludant alea, potatione contrahant febrem, podagram, hydropem & lippitudinem, scortatione paralytiam, aut scabiem novam, quam Gallicam appellant. *Erasm. Rortod. lib. 3. apoph.*

Idem, tantum laboris quantum animus libenter suscipit, exequendum esse dicebat. *Xenoph. 1.1. de disc. & factis eiusdem.*
 Idem adferebat, operari esse utile, ac bonum homini; otium vero esse damnosum, ac malum. *Xen. & Stob. ser. 27.*
 Aristoteles frequenter dicere solebat, artium radices satis quidem esse amaras, sed dulcissimum adferre fructum. Sensit vitae sapientissimum, nihil abique duro labore ab homine parari posse; attamen postquam requies sequitur, homo multis recollat bonis. *Diogenes philosophi extat apud Laert. 1.5. c.5.*
 Ptolomaeus Sophista. Hetaclides scripserat libellum, cui titulum indiderat *περὶ ἑγκλίμων*, id est laboris laudatio. Eum cum Ptolomaeus Sophista, fortis obviis, videret habentem praer manibus, rogabat, quid moliretur. Cum ille respondisset *περὶ ἑγκλίμων*, Ptolomaeus accepto codice, delevit v, & adjecit: Tempus est, ut legas titulum encomii, reperit scripserat, *περὶ ἑγκλίμων*. Ptolomaeus huc aliusit, quod si labor meretur laudem, eadem opera laudandus esset avarus, animal labori natum. *Philosof. in Sophist. Dion. Sophista.* Animal corporis remissiones ad novos labores non praeparare dicebat, & ut arcus, & lyra, sic homines quiescere vigere. *Stob. serm. 60.*

Apelles nunquam tam occupatus fuit, ut diem praetermitteret, in qua nihil omnino pingeret, artem exercens. Unde subducens sese a negotiis, dicere solebat: Hodie nullam lineam duxi. Quae vox abiit in proverbium de quovis officio praetermissio. *Plin. lib. 1. cap. 15.*
 Musonius, Ducis bellici, & privati hominis corpora dicebat illud laboribus non semel affici. Homos enim, inquit, labores ducti leviores efficit, praefertim quod intelligit, in hominum esse oculis, quicquid exequitur. *Stob. ser. 46.*

Severus Imp. Symbolum tribuno dati iussit, Laboremus. Pertinax ad imperium accessus, dederat. Militemus. Illi placuit belli omen, huic pacis. Sublato namque bello, rediit ad agriculturem, & officia. Otium in pace delicias alit, & omne flagitiorum genus. *Elisus Spart.*
 Florus hos vesiculosos scripserat in Caesarem Hadrianum: *Ego nolo Caesar esse, Ambulare per Britannias, Scythicas pati prunas, Cui Cretae respondit: Ego nolo Florus esse, Ambulare per tabernas, Lascivare per popinas, Culices pati rotundas.*
 Sentiens, se honestas occupationes praefere inuiti, turpique otio. *Suet. in Hadrian.*

A Probis Imp. non patebatur militem esse otiosum, sed multa opera militari manu perfectit, dicens, annonam gratuliam remittere comedere non debere. *Flavus Joseph.*
 Alexander videns suos tot tantisque certaminibus adversus Asiae gentes superatis remissiones esse factos, luxulque passim indulgere, eos placide ac philosophice reprehendit, inter cetera dicens, Nihil magis servile quam luxuriam, nihil magis regium esse quam laborare. Et vero (addebat) quomodo is equum suum ipse curet, hactenac galeamve poliat, qui desuaverit suis suum ipsius charissimum corpus manibus attricare? An nescitis, inquit, cum victoriam finem nobis propositum esse, ne idem quod victi agamus? *Idem in Alex.*

CHRISTIANORUM.

Ex Lucubr. Laurentii Beyerlinch.
 Amplectimur illud, sine quo nihil mortalibus dedit vita, vendidere dii, cujus memoria dulcis, finis jucundissimus, de quo interrogatus aliquando Agathon, utrum antecelleret laborem custodia interior, an vero e converso? respondit: Homo arbor similis, cujus velut folia sunt labor corporalis; fructus, custodia interior. *Ex Vitis SS. PP. Laur. Beyerlinch. in Apoph. Christianism.*

Dorotheo Monacho solemne, quotidie lapides ad mare colligere, & quibus annuatum hospitium fabricabat aegrotis. Cui dum quidam diceret, an vero e tantum conficit corpus tuum? Quia, inquit, me illud occidit. Selebat enim (ut est apud Faulum Andrelinum in distychis) quod

*Corrumpani forti celsas cum pectore mentes
 Otia plumbo desidiato laboro.*

Nullus etiam labor S. Ephrem deterruit, quam tam ferria vox commendat, & ornat; ita enim Religiosum consolabilem affari solitus: Ne molestus tibi sit labor; nam multo etiam nihil agentis, & negligentis, & torpore turbati sum. Dulce igitur operans, ne discere cogere mendicantis. Idem in illud, Attende tibi, c. 5.
 S. Eustachius missos a Trajano milites, hospitio & convivio excepit, hospiti vero pro solutione sollicito; Ne veritate, inquit; mea servitus, & haec manus exolvant mercedem. Quam bene cum Apostolo de se dicere potuit, Nullus vestem concupivi, sed ad ea quae mihi opus erant, ministraverunt manus istae! *Ex Sur. tom. 6. in Vita. Idem supra.*

Sciticiantem quidem, Quid esset humilitas, quaeve ejus viae dicit Senior: Humilitas magnam quid est, & divinum; viae vero ejus, Labores corporei. *Dorothe. Doctr. 2. Idem ibid.*
 Quis hic Alphonso Arag. Regi aditum praefecerit: qui a Martineo Siculo notae pietatis viro reprehensus, quod propter matibus laborasset, frigidus, Numquid ait, Deus & Natura nequidquam Regibus manus contulerit? *Ex Panor. lib. 2. de Gest. eiusd. Idem ibid.*

Venerat ad eundem Senior, non modico vino madidus, qui, ut intemperantiam suam excusaret, dicebat: Vere lac seum est vinum. Cui idem ille subiunxit: Sed Regum cubus est honos, quem dii immortales non otio aut luxu, sed improbis laboribus, & multo sudore homini vendunt, quia ut *recte C. Manilius:*
*longa diei acuit mortalia corda,
 Et labor ingenium miseris dedit, & sua quemque
 Advigilare sibi iussit fortuna premedo.*

DE LABORE MANUALI.

Sito. de opere manuum exercendo.
 Apostolus satis non erat, spiritualia curare negotia; sed si quid superaret temporis, manuum labori impendebant. Fateretur de Paulo Apostolo *Lucas Act. 18. Sabbatis in Synagoga disputare solum, aliis diebus scenofactoriam exercuisse.* Ipse autem ait: Ipsi scitis, quemadmodum oportet imitari nos, quoniam non inquieti sumus inter vos; neque gratias panem manducavimus ab aliquo, sed in labore, & fatigatione die, ac nocte operantes, ne quem vestrum gravaremus: Non quasi non habuerimus potestatem, sed ut nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. *2. Thess. 3.*
 Iterum, Quoniam si quis non vult operari, nec manducet. Audivimus enim inter vos quosdam ambulantes in quiete, nihil operantes; sed curiosi agentes: his autem qui ejusmodi sunt, denunciamus, & obsecramus in Domino Jesu Christo, ut cum silentio operantes suum panem manducet. *Idem.*
 L. B. Theat. vita Elman. Tom. IV.

Denique: Argentum & aurum, aut vestem nullius concupi-vi, sicut ipsi scitis, quoniam ad ea, quae mihi opus erant, & his, qui mecum sunt, ministraverunt manus istae. Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi Domini Jesu, quoniam ipse dixit: Beatus est magis dare, quam accipere. *Act. 2.*

Ab Haymone quoque Cantuariensi Archidiacono de Paulo traditum est, quod a gallicinio usque ad horam quintam operi manuum, & inde usque ad horam vespertinam faciendis ad populum sermonibus vacare solitus sit; residuum vero temporis impertierit cibo, somno, precationi. Ita nullam horam illi praeteriisse immunem, expertemque laboris, nisi quam edenti dormiendique necessitas interpellarit. Sed in his omnibus ita eum se gessisse credimus, ut mentem nunquam non Deo intentam haberit: illudque quod aliis praecerat, prior ipse impleverit, sine intermissione orate. Sic ergo nobis opus ali-quod faciendum erit, ut dum manus artificio occupatur, animus ipse interim orat, & in caelestium meditatione jugiter vertetur. *Haymo in 2. Cor. 11.*

Petrum, & Thomam, & Jacobum, & Joannem, post susceptum etiam Apostolatus officium, plicatione se exercuisse, quoniam jubente Domino laxasse rete, in Evangelio legitur. Quis tale opus reprehendere audeat, si Dominus jubendo approbavit? Item de eleemolynis eorum quos docebant, vivere licebat, jam dignus erat operarius mercede sua: tamen creditus ad tendenda retia, quam ad accipienda munera manum portgebant, ut non avaritiae, sed honesti laboris exemplo essent. *Joan. 21.*

Lucam etiam Evangelistam arte picturae animum spiritualibus negotiis fatigatum remittere consuevisse accepimus. Romae duae imagines videntur, altera Christi in Sancta Majorum, altera B. Mariae Virginis in Ecclesia, quae S. Mariae Minoris dicitur: eas ab ipso pictas ferunt, similitudinem experimentis eorum, quorum nomini dedicatae sunt. Constantinopoli etiam extare ejusdem Virginis effigiem pictam constat, quam ab eodem delineatam, ac fabricatam fama celebrat. Hoc exercitii genere si quis uti voluerit, illud tantummodo pingendum fingendumque sibi meminerit, quod ad virtutum capessendam provocet spectatores, non quod ad vitia inani oblectatione possit illicere. Hoc enim opus Diaboli est, illud Christiani. *Niceph. lib. 1. cap. 32. & lib. 2. cap. 2. & 34. & alii.*
 Antonius Abbas hominum ad se confluxum frequentia inquietatus, relicto monasterio ulteriorem eremum petiit; ac ne fratres victum ipsi deserendo vexarentur (tridui enim itinere ab eis distabat) terram coluit, semenemque fecit, & olivula plantavit, ut etiam illi, qui invivendi gratia eo accessissent, ad convalescendum latius esset. Si quid insuper otii suspenderet, sportulas de palmarum foliis tacebat, ut suo potius labore, quam alieno impendio, sibi necessaria in solitudine compararet. *Athanas. in vita Antonii.*

Eos autem qui nihil agendo, nihil sibi desaturum praerant praesumptione falli; Joannis Abbatis monstrabimus exemplo. Huius in Scythiaca eremo artem agentis incidit in animo, ut divinae contemplationi abique aliqua corporis operatione cibive cura, jam quasi Angelus Dei, vacaret. Itaque cellam deserens, per vastam solitudinem evagari cepit; sed die tandem septimo fame urgente, cum jam vesper esset, rediit, & cum cellae fores oclusas offendisset, contubernalem suum, quem ibi reliquerat, ut sibi aperiret, invocavit, se Joannem esse contestans. At ille: Nequaquam, inquit, nam Joannes in Angelum mutatus est, nec cibo illi opus est, nec cum hominibus commorari necessarium. Tali exprobratione taxatum dimisit, passus eum nocte illa, sub die ante januam jacere. Mane vero concessit aditu, cum longa inedia lassum resecisset, fraterna charitate monuit, debere se hominem meminisse, materialibus adhuc scis nutriendum, ut sufficere possit actioni spiritali; proinde laborem Monachis communem ne detrectaret. Eo enim non solum corpori opportuna facile parari, sed etiam animam ipsum recreari solere, ut semper quasi novus ad agendas Deo gratias, laudisque perloventas, redire cum alacritate festinet. Correctus igitur Joannes, divina deinceps negotia fabrilis operis vicissitudine impensus est executus, & quantum sua praesumptione lapsus fuerat, tantum consilio alieno usus profecit. *In vitis PP. Jacobus de Vorag.*

Joannes alius Abbas, qui in Thebaicis eremis vitam duxit, singulis Dominicis diebus pane ab Angelo delato se sustentasse perhibetur, ceteris vero diebus ficellam extendo victum sibi paravisse. Quod si & aliis diebus, quemadmodum Dominico, feriandum esset, quotidie Angelus cibum illi attulisset,

A. liser. Quo tempore non attulit, id minime otio contere-

SEPARATIONIS Abbatis Monachos ita institutos fuisse accepi-

Manuum etiam labore victasse ferunt Hilarius Abbas in

Quod quidem cavens Venerius Abbas, dum solitarii in

STEPHANUS Anacoreta in Mareotic regione, sanctitate

Danieli Aegypto Abbati, & Presbytero, in Scythiaco

Nunquam autem magis patet vanis cogitationibus mens

Artemium Abbatem, dum opus faceret, lacrymas effun-

cenfa, a fletu temperate non poterat. O celestem vinum, qui E

De Arcebio Cassianus refert, quod dum adhuc in coeno-

Deinde solitariorum institutum fecutus, cum in insula Nili

Cum Pacomio Abbate in quodam Thebaidis monasterio

Siquidem & Paulus Abbas in Aegypto eremo (cui Potphyrii

D. Hieronymus ad Virginis scribens: Hoc enim, inquit,

Idcirco Simeoni Monacho ex Italiae partibus in illam Nili

locum

A loco cuncta ejus victui necessaria obtulit, veritus, ne vel pro-

Alterius nunclexus in hoc exercitacionis genere solertiam

Hujusce quidem sententia non ignara illa Monasterii The-

Hac sane exercitandi corporis cura etiam conjugatas hone-

Ac ne plura hujuscemodi exempla enarrando modum exced-

L. B. Theat. vitæ Humanæ Tom. IV.

nihil aliud cogites, nisi quod ad Domini pertinet servitium. E

LABORIS. Laboris indefessis perseverantiam ex Formica picta signifi-

Receptum & illud est, servilem laborem per Asinum cliteila

Statura etiam Hercules clavam humero gestantis, & exuvio

Herculem duri celebrant labores. Ille Centauros domuit superbo.

Porrò non improbabile est, quod plurimorum auctoritate

Labyrinthus.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Labyrinthus, vox Græca, significat locum variis viarum

CELEBRIORES QUI, ET UBI.

Quatuor Labyrinthos celebres memorant historiz: Egi-

A Cretensem ad formam Aegyptii, tantum audita illius ratione confinxit Daedalus faber ingens, & a Poetis decantatus; ac longè illo minorem, De hoc *Nazianz.* dicit, quòd inextricabiles vias, & anfractus habuerit, & identidem in semet ipsis impolitus incurrit. *Plinius* verò inexplicabiles testatur occursum, & recursum, ac iterum ambages continuisse, crebrique foribus inditis, ad fallendos occursum, redeundumque in eisdem erroribus, prædixit fuisse. *Ovidius* etiam describit *Daedalus ingenio fabricæ celebrissimus artis*
Ponit opus; turbatque notas, & limina flexu
Ducit in errorem variarum ambage viarum.
 Et adducta comparatione de flexibus, curvis, & recurvis Meandri, concludit:

— *Ita Daedalus implet*
Innumeras terrore vias: vixque ipse reverti
Ad limen potuit: tanta est fallacia telli.
 In hunc Minos Rex, juxta Poetarum commenta, victis Atheniensibus, Minotaurum monstrum, Actææ bis partum sanguine, includit, atque Atheniensibus vestigia indixit, septem pueros rotidemque virginum corpora delecta, quæ ab hoc monstro devoranda mittebantur, idque in singulos annos, juxta *Virgil.* at juxta *Ovid.* post novennium.

Hujus Labyrinthi nulla extare vestigia, *Petrus Bellonius*, qui Cretam illustravit, restat. Ab incolis tamen veterem lapidicinam ostendi, atque in ea plura diverticula, & à vulgo Labyrinthum dicit.

Extare verò *Gregor. Alexander*, ejus insule Præsul, apud Volaterranum est auctor. Sed *Bellonius* sententiam *Plin.* confirmat, qui scribit, neque suo tempore ejus vestigia extitisse. *Vide rit. de loco. Tit. de luci Magnificentiæ.*
 Lemnius autem Labyrinthus, columnarum nitore insignis, CL. columnis fovebatur.

Italicum Porfenna Hetrurcorum Rex sepulcri causa extruxerat. Plura qui volet, adeat *Plin. lib. 36. cap. 13.*
 Nostra ætate Labyrinthorum formam imitari plerique magnatum, in Palatii suis viridaria plantarunt, & hortos, qui varios iterum flexus, & tortuosos ingressus, arboribus, fruticumque obicibus distinguunt, & in varias areolas per ambages ingredientem ducunt, sic ut agræ, & non nisi post multam indaginem, valeat se expedire, cum semper in eundem redeat errorem, & per novos occursum fallatur. Binos hujusmodi videre est in palatio Ducis Brabantæ, Bruxellæ: alibi plures. *Vide de Labyrintho quædam repetita infra. Tit. Locorum Magnificentiæ.*

EVADERE EX LABYRINTHO.

Poetæ fabulantur, Theleum Atheniensem scitum charitate patriæ, dum videret septena illa pueros duci ad Minotaurum, sponte se illis adiunxisset, & prodigium necasse, adjuvante Ariadna Minos filia, quæ filium dederat, quo ad limen Labyrinthi alligato, vestigia tegebat, & flexibus evaderebat. De quo *Catullus*:

Indo pedem victor multæ cum laude reflexit,
Errabundat enens tenui vestigia filo.
Ne labyrinthosæ flexibus ingredientem
Tibi frustraretur inobservabilis error.
Labyrinthorum architellecti. Pete ex loco de Architellectis.
Magnificentiæ. Consule Locum de Liberalitate. Tit. Liberalitas sumptuaria. Sepulchra magnifica, Labyrinthi, &c.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Lac, a Græcis, succus est maternus, quo animal nutritur, juxta Nonium. Dicitur voluit à Græco *λακός*, quod candorem significat. Fit autem ex sanguine qui manet in utero materno atque consumatur, & naturalis meatu in mammae fluit, & earum virtute albescit.

EIUS USUS ET GENERA.

Lac speciei varietatem sumit ab animalibus, unde provenit. Hinc aliud humanum, aliud brutale. Et inter hæc, aliud ferinum, aliud domesticum & aliud.

E lacte butyrum conficitur, cujus usus olim cum in scibo, tum in unguendis corporibus post balnea loco olei. *Chamal. Hebræis.*

De Butyro Scytharum ex lacte equino confecto, legatur *E. Mercurialis lib. 1. cap. 16. Par. Leli.*
 Belgis tantus butyri usus est, ut Butyrophi appellentur ab exteris, imò apud Hollandos placulum habetur ova abque butyro forbere. Hinc quidam à parentibus missus peregrinandi causa, cum in Picardiam venisset, ubi ova abque butyro vorabantur, rediit ad suos, affirmans, in se altero mundo fuisse, ubi butyrum nesciebatur, & ova abque illo fumebantur, & proinde satis multos hominum mores, & urbes se vidisse vociferabatur. Etiam ex lacte coagulato concrevit caseus, cujus usus frequens toto penè orbe. *Vide locum proprium.*
 Lac inter cibaria optimi probatissimi que alimentum estimatur, modò à sano, & probò animante sit, ait *Galenus*. Inter quæ tamen præsertim caprinum paucò sale respersum, ne in ventre coaguletur.

Lacte equino multæ gentes in cibum utuntur, & vix aliud Scythæ: inde *Nicolas de morib. gent. yuxta nonnos* eos appellat, & Tartari etiam eodem hodie utuntur, reddique homines nervosos, & robustos.
 Africanos, qui Numidæ olim didici, solo lacte camelorum contentos fuisse, scribit *Ne. Africanus*.
 Imò lacte mero, id est solo, & herbis, victitatum olim in epulo magna matris Deorum, docent *Comm. in lib. 4. Esfor.*
SOSTRATUS, teste *Plin. lib. 4. Sympos. Prob.* nullo alio cibo quam lacte usus fuit, totamque vitam exegit.

LACTATIO, ABLACTATIO.

Magnam momentum habes in Infantibus.
 Lacte nutricum mores carum infandi, experientia docemur. Unde *Ciceroni* placuisse refert *Georg. Ritherus* in *adim. Oeconomicis*, ut in educatione oratoris lacundæ adhiberentur mulieres, non ignotantur, beneficio uberum naturam sustulenti, & mores lactantis indui.

Cato major nato filio, nihil privatæ rei magis dicit necessarium, quam ut uxori eum ablactanti, & facili involventi adfisteret, & ipsa suo eum lacte enutritet. *Plin. in Catoe maiore.*

Docet *Gellius lib. 12. no. Attic. c. 1.* multis feliciorum esse nutritionem infantis ex lacte, & consuetudine propriæ matris, quam alterius extraneæ, propter causam supra allegatam. Certè in peccoribus reperimus, si ovium lacte hodi, ac caprarum agni alerentur, in his lanam duriorum, in illis capillum gigni teneriorum. Unde *Homerus* hujus defectu mores ferinos deprehendit. Ita enim ait:

Non eques ipse pater fuerat, neque herule Peleus,
Nen T heus est genitrix: glaucum te protulit ægor,
Aeris & rupes: mens quod tibi dura ferocque est.
 Sic & *Dido* in *Æneam* apud *Virgil. lib. 4.*
Nec tibi diva parens genitrix, nec Dardania auitor
Perfidæ, sed avis genitrix te cantibus horrens
Caucasus, Hyrcanæque admorunt ubera Tygres.
 Certè non integre, sed dimidiæ matres reputantur, quæ suos infantis aliis tradunt nutriendos; neque enim tantam gratiam parenti referunt filii, cujus lacte non fuerunt enutriti. Tantique fuit apud veteres materni lactis beneficium, ut impetratae quidquam majoris ponderis matres à filiis, per lac quod illis præberent, postulata concedi vellent. Unde *Antipater* Macedonidelis in historia habetur, quòd matri mortem per ubera materna, quæ ostendebat, deprecanti non pepercit.

Indignabatur *Julius Cæsar*, cum *Roma* videret matronas opulentiores in gremio deferentes catulos velimias, & rogabat; Num liberos non parentem, quorum dulce onus, & delicias veras circumferrent, quibusque nutriendis occuparentur? *F. Patric. lib. 4. de Rep. Tit. 5.*
 Sata memoratur in Scriptura, quòd *Isaac* filium lactaverit. *Gen. 21.*

Sic *Rebecca Jacob*, *Anna Samuelem*, & nobilis illa mater septem Machabæorum, filios suos pavent lacte proprio. Inter quas hæc juniorem filium, quem impius *Tyrannus* blanditiis à paternarum legum observantia retrahere conabatur, ita compellabat: Filium, miserere mei, quæ te in utero novem mensibus portavi, & utianno lac dedi, & alui, &c. *2. Mac. cap. 7.*

Deipara etiam *Virgo* filium suum. *Christum* lacte suo pavit, ut constat.
S. Aug. in lib. Confess. fateatur, se cum matris lacte, Dei honorem, & venerationem hausisse.

LACTATIO NON IMPENSA, GRAVE MALUM.
 Peccare matres, quæ cum possint abque gravi incommodo, filios suos aliis nutricibus alendis tradunt, docent communiter omnes. Quippè natura matris ubera, seu lagenulas lactis

A gita est, ad proles nutriendas. Ex causa enim incontinentiæ ortum sentit. *D. Gregor. ad interrogat. Aug. Anglor. Episc. cap. 10.* quia dum se continere nolunt, lactare desipiunt, quos gignunt.

Imprius enim minus invicem amant filius, & mater, si ille lactetur ab aliena. Ut insinuat *S. Ambros. cap. 7. lib. 1. de Avraham.*

Deinde nullum feræ genus esse docet *Basil. hom. 9. Hexam.* quod alteri proles alendis committat. Unde pudere debet homines, quòd in hoc charitatis officio à brutis vincantur.

Sic supra *Dido* insectatur *Æneam*, quòd à matre educatus non fuerit, sitque factus degener. Scribit *Lampridius*, *Titum Vespasiani Imp.* filium toto vitæ tempore adverte valitudine usum, quòd talem nutricem nactus fuisset.

De *Tiberio Cæsare* fertur, quòd maximus extiterit potator, idè quòd nutritis mores in se transfunderet.
 Remum & Romulum latrociniis addictos autumant, quòd expositi lacte lupæ nutriti aliquamdiu fuerunt.
 Hægis Rex *Cureum*, filium *Gargandis Regis*, expositus, & à cervæ enutritus, immensa pernicitatis fœvis perhibetur.
 Caro Major non solum filium sibi natum lacte materno nutriti volebat, sed insuper etiam servorum filios, quòd benevolos eos erga filium suum, ubi utrique adolevisset, similitudine nutritionis redderet. Estimans valde à parentibus degenerare, si alieno lacte nutrantur. *Plin.*

ABLACTATIO.

Olim facta solemniter.

Finito spatio, quo infantes lacte nutriebantur, priusquam solidiorem cibum sumerent, celebrabant parentes convivium quasi in signum lætitiæ, quòd infans per se velut vivere inciperet, & longiore vitam sponderet.
 In factum legitur ab *Abraham* in die ablactationis filii sui *Isaac*. Unde infert *Caietanus*, non fuisse usitatum illam convivii solemnitatem, præterquam in ablactatione primogeniti. Tamen etiam aliàs adhibitam, constat ex historiis.

Lacryma.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Lacryma, Græcè *δακρυον*, & *δακρυσίνος*, lacrymosus, & *δακρυσίνος*, lacrymor, quæ usus obtinuit, ut cum aspiratione feriantur. Hebr. *Dimabab*; à verbo *Dimabab*, lacrymavit, lacrymans est madidis oculis, plenus à *chattades* lacrimos, Græci converso *Dales* in vocalem dicunt *δακρυν*, hec, lacrymor, & per inversionem radicis *δακρυν*, mado, madoico, *υδαίνο*, & madofacio. Est autem lacryma humor, ex oculis flentium manans: Flere autem, lacrymas fundere; unde flentus quandoque substantivum, & quartæ declinationis. *Ennius*: *Nemo me lacrymis decoret, nec fumerat flentu.*

Quidam arbitrantur, lacrymam dici à Latinis, quasi laceratimam, quoniam plerumque ex animi laceratione lacrymæ cidentur.

CAUSÆ VARIÆ LACRYMARUM.

Varie sunt causæ lacrymarum, nunc enim præ gaudio, nunc præ merore, nunc præ commiseratione, indignatione, aliave ex occasione deprimuntur. *Alex. Aphrodis. c. 32. probat.* dicit: In mœstis, ob angustum visum meatum, qui oculorum humoris comprimitur: in lætis verò propter meatum raritatem, humorem lacrymarum effundit. Exempla dabitur, & in his varias causas.

S. SCRIPTURÆ.

Flavit *Agar* longè ab *Ismaele* discedens, nec voluit videre puerum mortentem. *Gen. 21.*
 Venit *Abraham*, ut plangeret *Saram* uxorem suam defunctam. *Gen. 23.*
 Ejulans magno flevit *Esaü*, quòd benedictionem patris haberet *Jacob*. *Gen. 27.*
 Elevata voce flevit *Jacob*, postquam recognoverat *Rachel* confortant suam. *Gen. 29.*
 Stringens *Esaü* collum *Jacob*, & osculans eum, flevit. *Gen. 33.*

Sciitis vestibus *Jacob* indutus est cilicio, lugens filium suum E multo tempore. *Gen. 37.*

Averit se patumper, & flevit, postquam audivit fratres suos dicentes: Meritò hæc patimur, quia peccavimus in fratre nostro. *Gen. 42.*

Commota fuerunt viscera *Joseph* super fratre suo *Benjamin*, & eruperunt lacrymæ, & interiens cubiculum flevit. *Gen. 43.*

Elevavit vocem *Joseph* cum flentu, & dixit fratribus suis, Ego sum *Joseph*. Item cum amplexatus recidisset in collum *Benjamin*, flevit, & osculatus ploravit super singulos fratres. Idem flevit, cum ascendisset obviam patri, irruens super collum ejus: item super patre suo mortuo iterum flevit, quem etiam flevit *Aegyptus* septuaginta diebus. *Gen. 45. 46. & 50.*

Vulgus promiscuum, quòd ascenderat ex *Aegypto*, flagrant desiderio carniæ, & sedens & flens ait: Quis dabit nobis carnes ad vescendum? *Num. 11.*

Vociferans omnis *Turba*, flevit murmurantes, & dicentes: Utinam mortui essemus in *Aegypto*. *Num. 14.*

Omnis multitudo videns occubuisse *Aaron*, flevit super eum triginta diebus. *Num. 30.*

Filii *Israël* *Moysem* mortuum fleverunt triginta diebus. *Deut. 14.*

Angelus Domini venit ad locum flentium, & improperavit filiis *Israël* beneficia, quæ à Deo receperunt, & peccata quæ commiserunt, & levaverunt vocem suam, & fleverunt. *Judith 2.*

Pugnatori filii *Israël* contra filios *Benjamin*, fleverunt coram Domino. *Judith 20.*

Er postmodum obtenta victoria, fleverunt propter destructionem fratrum suorum. *Judith 21.*

Recedente *Noemi* nurus ejus flere cœperunt. *Ruth 1.*
 Oravit *Anna* Dominum, flens largiter. *1. Reg. 1.*
 Audita obfisione *Jabes Galaad*, levaverunt vocem filii *Israël*, & fleverunt. *1. Reg. 11.*

Lugebat *Samuel* *Saulem*, quoniam Dominum prænebat, quòd constitisset eum in *Regem*. *1. Reg. 15. & 16.*

David & *Jonathas* osculantes se flere pariter. *1. Reg. 20.*
Saul audiens vocem *David*, qui pepercerat ei, elevata voce flevit. *1. Reg. 24.*

Videns *David* civitatem *Siceleg* esse succensam, & adductos homines inde captivos, plangerunt ipse, & populus, qui erat cum eo, donec deficerent in eis lacrymæ. *1. Reg. 20.*

Plangit *David* super *Saul*, & *Jonatham*, & alios interfectos. *2. Reg. 1.*

David & omnis populus fleverunt super *Abner*, quem occiderat *Joab*. *2. Reg. 3.*

Noluit *David* flere pro filio parvulo mortuo, & tamen flevit pro infirmo. *2. Reg. 12.*

Quantum *Abisalon* exhibuerit se pessimum erga patrem, tamen *David* flevit eum miserabiliter mortuum. *2. Reg. 18.*

Elleus videns *Azaelem* coram se, cepit flere, propter mala, quæ ille erat facturus filius *Israël*, cum esset futurus rex *Syriæ*. *4. Reg. 8.*

Flebit *Ezechias* flentu magno otans Dominum pro morte, quam sibi inimicere in proximo putabat. *4. Reg. 20.*

Cum audisset *Josias* rex *Juda* comminationes scriptas in libro legis Domini, propter peccata, scidit vestimenta sua; & flevit, & multum Deo placuit. *4. Reg. 22.*

Cum reedificabatur templum ab us, qui redierunt de *Babylone*, non poterat quiquam cognoscere vocem clamantis lacrymantium, & vocem flentis populi. *2. E. dr. 3.*

Orante *Eldra*, & flente, propter commixtionem populi Gentilis cum *Judeis*, collectus est ad eum cœtus grandis virorum, & mulierum, & flevit populus multo flentu. *1. E. dr. 10.*

Cum audisset *Nehemias* miserabilem statum civitatis *Jerusalem*, flevit diebus multis, & jejunabat & orabat ante faciem Dei cœli. *Nehem. 1.*

Flebat populus, cum audiret verba legis. *Nehem. 8.*
Tobias manducavit panem cum lactu, & tremore, quia corpus jugulari proximi in domo habebat, quòd nocte sepelire volebat. *Tob. 2.*

Postea auditis sermonibus uxoris, ingemuit, & cepit orare cum lacrymis. *Tob. 3.*
 Sara filia *Raguelis*, audita ab ancilla gravi contumelia, oravit ad Dominum cum lacrymis, ut ab illo inproperio eam liberaret. *Eodem.*
 Cum recessisset à parentibus suis *Tobias* junior, cepit flere Mater ejus, & dixit: Baculum senectutis nostræ tulisti. *Tobia 5.*

A Raguel cognoscens Tobiam junioem, cum lacrymis oculatus est eum, & ploravit super collum ejus. *Tob. 7.*
 Veniens Gabelus ad domum Raguelis, videns Tobiam junioem discumbentem, flevit & benedixit eum. *Tob. 9.*
 Moram faciente Tobia, flevit mater ejus irremediabilibus lacrymis, atque dicebat: Heu mihi! ut quid misimus peregrinari lumen oculorum nostrorum? &c. *Tob. 10.*
 Exurgens cæcus Tobias, occurrit filio suo redeunti, & suscipiens, osculatus est eum cum uxore sua, & cæperunt flere præ gaudio. *Tob. 11.*

Cum exposuisset Achior omnia, quæ dixerat Holofernes, omnis populus communi lamentatione, & fletu, unanimes preces Domino effuderunt. *Judith. 6.*

Factus est fletus, & ululatus magnus in Ecclesia per multas horas: una voce clamaverunt ad Dominum, dicentes: Peccavimus cum patribus nostris. *Judith. 7.*

Stetit Judith ante lectum Holofernis orans cum lacrymis, ut Deus id quod cogitabat, perficere dignaretur. *Judith. 13.*

Cum audisset Mardocheus iniquam sententiam contra Judæos prolatam, scidit vestimenta sua, & indutus est sacco, spargens cinerem capiti suo, & cum ejulatu clamans animi sui amaritudinem ostendebat. In omnibus quoque provinciis, ad quas crudele regis dogma pervenerat, planctus ingens erat apud Judæos, jejunium, ululatus & fletus. *Esth. 4.*

Postquam Aman vidit Mardocheum tam magnifice honoratum, festinavit ad domum suam lugens aperto capite. *Esth. 6.*

S. Job flevit pro meritis propriis: Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium. Cujus fletus vehementia apparere per hoc, quod dixerat: Facies mea intumuit a fletu, & palpebre meæ caligaverunt. *Job. 30.*

Flevit idem pro meritis alienis: Flebam super quodam qui afflictus erat, & compatiēbatur anima mea pauperi. Et post: Merens incedebam, &c. *Job. 30.*

Rex & Prophetæ David habebat de lacrymis suis lavacrum. Lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo. *Psal. 6.*

Fuerunt & alimentum & potus: Fuerunt mihi lacrymæ panis die, ac nocte. Potum nobis dabis in lacrymis in mensura. Et sibi: Poculum meum cum fletu miscbam. Unde versus vulgus habet: Hinc lacrymæ, lavacrum, panis, potusque fuerunt. *Psal. 14. & 79. Psal. 101.*

Ploravit etiam David vitam suam recolendo: Deus vitam meam annuntiavi tibi, posuisti lacrymas meas in conspectu tuo. *Psal. 55.*

Item orando Dominum: Exaudi orationem meam Domine, & deprecationem meam auribus percipe, & lacrymas meas ne files. Et alibi: Ploremus coram Domino, qui fecit nos. *Psal. 92.*

Item cælestis patriæ recordando: Super flumina Babylonis illic sedimus, & flevimus. *126.*

Videns lasas destructionem populi sui dicebat: Recedite à me, amarè flebo. Nolite incumbere, ut consolemini mihi super vastitatem filie populi mei. *Esa. 22.*

Dixit Jeremias: Audite & auribus percipite. Nolite elevari, quia Dominus locutus est. Sequitur: Quod si hoc non audieritis, in abscondito plorabit anima mea à facie superbie. Plorans plorabit, &c. *Jerem. 13.*

Copiosi fletus in Jeremia ipso signa erant multæ lacrymæ. *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum? Hierem. 9.*

Item & multi gemitus: Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquam. Sequitur: Multi enim gemitus mei, & cor meum merens. *Thren. 1.*

Et clamosi singultus: Divisiones aquarum deduxit oculus meus. Sequitur: Ne avertas faciem meam à singultu meo, & clamoribus. *Thren. 3.*

Et oculorum defectus: Defecerunt præ lacrymis oculi mei, & conturbata sunt viscera mea. *Thren. 2.*

Ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus, panem desiderabilem non comedi, & caro, & vinum non introverunt in os meum. *Daniel. 10.*

Flebant amici Sulanæ, cum viderent presbyteros adversus eam testimonium prolaturos, & ipsa etiam flens insepexit in cælum; erat enim cor ejus habens fiduciam. *Dan. 13.*

Antiochus fecit in Jerusalem eadem magnam bonum, & factus est planctus magnus in Israel, & omnis maritus sumptis lamentum, & quæ sedebant in thoro maritali, lugebant. *1. Mach. 1.*

Planxit Israel planctu magno pro morte Matathie. *1. Mach. 1.*

Fleverunt omnes de Israel Judam Machabæorum planctu magno dies multos, dicentes: Quomodo cecidit potens, qui salvum faciebat Israel? *1. Mach. 9.*

Interfecto Jonathan, & duobus filiis ejus cum mille viris, quos retinerat sibi, à Tryphone, luxit Israel luctu magno. *1. Mach. 12. & 13.*

Contristatus est Antiochus propter iniquam mortem Onix, & flexus ad misericordiam lacrymas fudit, & recordans est defuncti sobrietatem, & modestiam. *2. Mach. 4.*

Occis bimatis pueris per Herodem, impletum est quod dictum est per Jeremiam Prophetam, Vox in Rama audita est ploratus, & ululatus, &c. *Math. 2.*

Pater pueri Lunaticus, exclamans cum lacrymis, ajebat: Credo Domine, adjuva incredulitatem meam. *Mar. 9.*

Martha Magdalena legitur ter flevisse. Primò pro peccatis suis ad pedes Domini: Secundò, pro morte fratris: Tertio, pro passione Domini. *Luc. 7. Joan. 11. & 20.*

Salvator noster invenitur tribus vicibus lacrymas fuisse: F. super Lazarum quem ad mortalem vitam revocabat. *Joan. 11.* super Jerusalem civitatem, quam propter peccata destruendam sciebat. *Luc. 19.* & in cruce, quando seipsum pro mundi peccatis hostiam offerrebat, ut ait Paulus: Preces cum lacrymis, & clamore valido offerens. *Hebr. 5.*

Post negationem tertiam, Petrus egressus foras, flevit amarè. Sed nota, quod Lucas præmisit, Petrus dixit: Respexit Dominus Petrum. *Luc. 22.*

Euntem Dominum ad Crucem sequebatur multa turba populi, & mulierum, quæ plangebant, & lamentabantur eum. *Luc. 13.*

Cum advenisset Petrus in Joppen, circumsteterunt eum omnes Vidue flentes, & ostendentes ei tunicas, & vestes quas faciebat illis Dorcas. *Act. 9.*

Paulus Apostolus cum lacrymis Domino serviebat; ait enim cum vale diceret fratribus: Vos scitis, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim, serviens Domino cum humilitate, & multis lacrymis.

Item cum lacrymis proximos monebat, & ipsos ad lacrymas provocabat: Per triennium, ait, nocte & die non cessavi cum multis lacrymis monens unumquemque vestrum. Sequitur, Magnus fletus factus est. *Act. 20.*

Item cum lacrymis scribebat epistolas suas. Ait enim, Nam ex multa tribulatione, & angustia cordis scripsi vobis per multas lacrymas. Multi ambulant, quos sæpe dicebam vobis, nunc autem & fletus dico. *2. Cor. 2. Phil. 3.*

Et ad Romanos ait: Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus; tales autem gemitus non solent esse sine fletu. *Rom. 8.*

Quod autem dicit, Spiritus pro nobis postulare, indicat elegantè Hebraismo, quo Cal ponitur pro Hiphil, ipsum nos facere postulare, & genere, ut exponit *Augustinus, & Greger. lib. 2. Moral. cap. 22.*

EXEMPLA HISTORICA.

Eorum qui lacrymas fuderunt ex ira, commiseratione, odio, gaudio, dolore, aliisque ex causis, petantur ex loco de Fletu.

Lacryma fusa ob peccatum perpetratum. *Ibidem.* Quibus addimus ea que sequuntur.

LACRYMARI PROPTER ADMISSA

PECCATA.

Vbi lacrymarum effectus efficaces, & varii.

Beatos pronuntiavit Aeternum Dei Verbum, illos qui lugent, non mundi adversa, non persecutiones, aut corporum agredinem, sicuturque mortem, fed fua, & proximi peccata. Nihil enim ita diluit maculam criminis, quemadmodum lacryma penitentis. *Math. cap. 5.*

Lacrymæ penitentium, vinum sunt Angelorum, quia in illis odor vitæ, sapor gratiæ, gulus indulgentiæ, sanitas redemptis innocentiæ, reconciliationis jucunditas, & serenitate conscientia vivitas. *Bern. sup. Cant.*

Illas enim lacrymas verè in vinum mutari bonum dixerim, quæ

Aque superæ compassiois affectu in fervorem produnt charitatis, pro qua etiam ad horam sui ipsius inmemor sobria quadam ebrietate videtur. *Ibid.*

Delicia Angelorum sunt lacrymæ nostræ, & delectabiles lacrymæ penitentis. *Ibid.*

Felices lacrymæ, quas benignæ manus conditoris abstergunt, & beati oculi, qui in talibus liquefieri elegerunt, quam elevari in suberbiam, quam omne sublime videre, quam avaritiæ & petulantia famulari. *De contemptu mundi.*

Nemo ad Deum aliquando flens accessit, qui non quod postulavit, acceperit; nullus à Deo beneficia dolenter optavit, qui non imperavit. Ipse enim est, qui consolatur flentes, dolentes curat, penitentes informat. *Chrys. in serm.*

Sicut post vehementes imbres, mendus aer ac purus efficitur; ita & post lacrymarum pluvias ferocitas mentis sequitur, atque tranquillitas. *Sup. Math.*

Flens est cibis animarum, corroboratio sensuum, & ablutio peccatorum, refectio mentium, lavacrum culpæ. *Cass. in Psal. 6.*

O lacryma humilis! tua potentia, tuum regnum, tribunal iudicis non veretur; amicum tuorum accusationibus silentium imponis: non est, qui te accedat: veti: si sola intraveris, vacua non redibis: magis crucias diabolum, quam poena infernalis. Quid plura? Vincis invincibilem: ligas omnipotentem: inclinas filium Virginis, *Hier. in epist.*

Irriguum superius accipit anima tua, quam se lacrymis regni cælestis desiderio affligit: irriguum vero inferus accipit, quam inferni supplicia flendo pertimescit. *In regisro Gregor.*

Uniuscujusque mens tantum penitendo compunctionis suæ bibit lacrymas, quantum se à Deo meminit amisisse per culpas. *In pastoralis, idem.*

EXEMPLA HISTORICA.

Petrus negationis culpam amare flevit, & tamen idem impetrata venia, & clavibus regni accepit, & summi Pontificis officio sibi delato, post Domini ad cælos ascensum, vix illo die à lacrymis temperasse dicitur, atque eas identidem siccandas, lineum in teolium de manibus nonquam dimisisse. *Clemens in Recognitionibus.*

Arcemium Abbatem ob frequentes lacrymas, fluxis ciliis, turgidulis oculis, suffusisque robore genis fuisse ferunt. *In vitis PP.*

Vincetium quoque Prædicatorem ad lacrymas promptissimum existisse legitur, sed tunc præcipue, cum salutare hostiam offerret, Corpori & Sanguini Christi communicatus. *Petrus Ruffinus, & alii. Sursus Tom. 2.*

Francisco Minorum patri, plorandi assiduitas hebetaverat visum; & cum oculis parere moneretur, respondebat, haud esse tanti ipsos corporis sensus, ut eorum causa languere debeat devotæ mentis vigor, qui certè suspiciis alitur, & per lacrymas ad Deum sibi accessum parat. *Bonavent. cap. 5.*

Divus Hieronymus præter cæteras penitentia suæ angustias, quas ad Eustochium scribens enumerat: Quotidie, inquit, lacrymæ, quotidie gemitus. Quali autem illas consolatione terminate solitus sit, declarat, dicens: Post multas lacrymas, post cælo inhaerentes oculos, nonnunquam videbar agminibus interesse Angelorum, & lætus gaudentique cantabam: Post te in odorem unguentorum tuorum curremus. *Hier. ad Eustoch.*

Callius Narniensis Episcopus, quotidie Missam celebrans, Eucharistiam sumpturus, crebrò in fletum prorumpere. Et Dominus cuidam Presbytero per visum apparet: I, ait, nuntiata Callio, ut operi solito constanter incumbat, natali Petri & Pauli Apostolorum die accepturus laboris mercedem. Perleveravit Callius, & anno decimo septimo post, sed ea qua prædictum fuerat die, vita defunctus, pro modicis lacrymarum gaudia percepit æterna. *Greg. Dial. lib. 3. c. 6. & hom. 37. in Euang.*

Ploranti ad monumentum Mariæ Dominus, antequam Apostolis, apparuisse dicitur, quia illa prior consolari meruit, quæ lacrymas uberius fudit. Cum steter, (inquit Joannes) inclinavit se, & prostravit in monumentum, & vidit duos Angelos, unum ad caput, & unum ad pedes. Paucis verbis tota penitentis ratio comprehensa est. Qui enim ad penitentiam

convertitur, primò se peccasse dolet, & compunctus lacry. Etnas emittit; deinde inclinat se, dum humiliatur, & in monumentum prostravit, dum antea mente volvens, quid mali commiserit, quid boni omiserit, conscientiam examinat, singula quæque diligenter perpendit. Tunc autem Angelos videt, cum jam constanti animo Angelicæ consentit inspirationi: & unum quidem ad caput, alterum ad pedes, quia consentiens à principio usque ad finem perseverare debet. Postquam autem perseveraverit, restat, ut videat Jesum, non in terra sepultum, sed jam devicta morte in cælo triumphantem; quem sic videre, perfecta consummataque beatitudo est. *Joan.*

Pii quidem fletus quanta vis sit, S. Monica etiam Augustini mater testatur. Cui pro filio, Manichææ heresi implicato, multum lugenti atque oranti, divinitus dictum est, ubi ipsa, ibi & illum futurum. Ab Episcopo etiam, quem ut pro illo oraret, cum fletu rogaverat, audivit: Fieri non posse, ut tantarum lacrymarum filius periret. Qui tandem Ambrosii Episcopi prædicatione convectus, non solum errorem omnem abiecit, sed etiam errantibus viam veritatis monstravit, obsecuta quæque declarando, dubia edisserendo, cæta confirmando, præva falsaque omnia plenissime confutando: tantum profecit matris pro filio lugentis assidua sollicitudo. *August. Conf. lib. 3. c. 12.*

Andreas Apostolus, cuiusdam Nicolai jam senis fornicandi incontinentiam vehementer dolens, ab hosta tertia ad nonam Deum pro eum lacrymis obsecrante dicitur, deinde eum etiam inedia se conficeret, die tandem quinto de cælo sibi à Domino dictum audivit: Tua opera, ô Andreas, Nicolai quem amiseram, inveni. Quotisque est, qui sic suum lugeret delictum, ut Apostolus alienum? *Abdias.*

Monachum qui ager de Scythlorico canobio ad civitatem curationis gratia profectus, in multo graviorem animæ suæ morbum incidere, calliditate vertens in libidinem, cum fuero, quem meretricio coitu sustulerat, reversum, ac in omnium fratrum conspectum scelus publicè confitentem, miserabiliterque lugentem, Moyses Abbas & ipse flens excepit, atque dies aliquot cellæ carcere castigatum, in statum pristinum ordinemque redegit; & is qui mortuus fuerat peccando, penitendo revixit. Potuit quidem crimine quod occultum erat dissimulato, abque robore redire, sed maluit tunc manifeste fieri & mundari, quam postea in die Judicii multo confusibilis detegi, multoque infelicis in igne illo inextinguibili sine fine cruciari. *In vitis PP. fol. 1056.*

Lacus.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Lacus à *lacus* sive *lacus*, est locus profundus, perpetuis aquis exundans. Unde differt à stagno, quod temporalem, & ex pluvia, aut inundatione collectam aquam habet. Sunt alioquin Lacus etiam privati, qui sunt receptacula aquarum domesticarum. Volunt, Lacum à *lacus*, id est sifura, derivari, quod velut terra sit sifura ad recipiendam aquam. Sed absorta videtur isthac Etymologia. Alii à Lacuna, quod Lacus sit capax quædam Lacuna, aquas continens, quæ fontem, fluvium, aut stagnum efficiant.

Lacus abundans piscibus, Avibus, Sale, &c. Vide in H. Descriptione Locorum. Tit. Loca materialiter. *conferata in specie. Lacus.*

Lacuum derivatio, expurgatio. Vide infra. Tit. Libertatis sumpturia. Vbi inter alia, Sumptus in fassis in aquas, &c.

Lacuum nativaria. Petatur ex descriptione Locorum. Suprà.

LACUUM ORTUS, AUGMENTUM, INCREMENTUM, A FLUVIIS Celebrioribus.

Nobiliores Lacus augeri non modò, sed & plerumque ortum fumere, & velut colligi à fluminibus, quæ exaltissimis montibus & angustis vallibus magno impetu in latiores vales, & in planiciem deveniunt, pro comperto est. Cum enim

A enim patentiora loca fortuntur, vim omnem amittunt, & quasi rapto cursu quiescunt, si modo in perenni flumine quies esse potest; donec rursus aditu patefacto, veluti ex carcere profluant, atque alacritate quadam relicti impedimentis, limpido cursu erumpunt, in novumque alveum semetipsa constringunt. Telsis nobis est Lacus Larius, qui quasi princeps Lacuum dicitur (Hetruci enim appellant principem Laroneum, Laruncem & Arunem.) Hunc efficit vel in immensum auger Abdua fluvius limpidissimus, qui ex Rheticis Alpibus per Voltulanam vallem evoluitur. Meminit autem hujus Strabo, Plinius, & Virgilius, & nostro tempore Jovius, Episcopus Nucernus, exactam diligentiam in describendo, & depingendo illo præstitit. Idemque flumen limpidissimum, & pellucidum, ex illo erumpit propè Leucum oppidum, & vulgò Abda vocatur. Jure igitur putabitur stupendum, ut Cassiodori verbis utar, quòd simile cunctis qualitatibus elementum, per pigrum stagnum vides ire celerimum, ut amnem per solidos campos putes decurrere, quem se peregrinis undis non videas colore posse miscere. Hoc flumen Abdum vel Abdam, cum iter Mediolano Bergomum versus faceremus, ad Vicum Casanum, rate trajecimus. In Verbanum ingreditur Ticinus, qui ad Sestum rapidissimus & limpidissimus egreditur.

In Germania nostra habemus omnium amenissimum Lacum Aconium. Hic recepit aliquot ignobilioribus, attamen rapidissimis, vel latitudine, vel longitudine, aut etiam profunditate, istos quos nominavimus, si non superat, tamen non multum cedit, quem Rheus, nostrorum fluviorum Rex, transiens, uti fertur, sincero cursu, undasque suas virides, easque integras retinens, neque auctis nivibus, vel imbribus, crassiores materiam relinquens, prope Constantiam latabundus magna festinatione, ad destinatum cursum longè lateque perficendum (qui 140. millia Germanicorum longè lateque perficendum) erumpit. Hunc lacum Ammianus Marcellinus appellat Brigantia, cujus verba licet aliter, qui id ipsum, quomodo de hoc lacu, tunc temporis ignobilis, diximus, diligentissime observavit. Inter montium celorum, inquit, anfractus, impulsu immani Rheus discurrens, extenditur per Lepontios, perque deciduas caratactas inclinatione pernicii funditur, ut Nilus torrente ab

Ortu protinus primogenio, copiis aquarum propriis irruenti cursu simplici. Jamque aditus nivibus liquatis ac solutis, atque divortia riparum abradens, lacum invadit rotundum & vastum, quem Brigantium accolæ Rhetus appellat, perque quadringenta & sexaginta stadia longum, parique penè spacio late diffusum, horrore sylvarum squalentium inaccessum (nisi qua vetus illa Romana virtus & sobria inter composuit laum) Barbaris & natura locorum & caeli inclementia refragante. Hanc ergo paludem spumosis strependo vorticebus amnis irrumpens, & undarum quietem permeans pigram, inæctam velut finali interfecat libramento, & tanquam elementum perenni discordia separatum, nec aucto, nec immunito agmine quod intulit, vocabulo & viribus absolvitur integris, nec contagia deinde ulla perpetens, Oceani gurgitibus intimatur. Quodque est impendio mirum, nec stagnum aquarum rapido transcurfu movetur, nec limosa sub nive tardatur, properans flumen, & consilium misceri non potest corpus; quod ni ita agri ipse doceret aspectus, nulla vi crederetur posse discereri. Sic Alpheus oriens in Arcadia, cupidine fontis Arethuse captus, sciendus Jonium mare, ut fabule ferunt, ad usque amata consinia progreditur. *Hæderna Ammianus.* Hic lacus etiam Podamicus, & ab accolis Brigantinis Brigantinus dicitur. Putat autem Bedius, prædones vulgò à Brigantinis Brigantes appellari, ut assassini, ab ea Persarum gente, quæ latronum & sicario- rum infamia diuissimè laboravit, ut etiam Paulus Æmiliius memorie tradidit.

Lemanum Lacum insluit Rhodanus fluvius, in illoque veluti delicti, donec ad urbem Genevam celeri cursu egrediantur. De hoc etiam audiamus, licet succinctè, Solinum. Amnis hic, inquit, præcipit Alpihus, primò per Helveticos ruit, occurrantium aquarum agmina secum trahens, atque magno, ipso, quod invadit, freto turbulenter, nisi cum freto venis excitatur. Marcellinus verò de eodem prolixior est. At enim libro eodem: Apenninis Alpibus effusio- re copia fontium, Rhodanus fluens, & proclivi impetu ad planiora digrediens, proprio agmine ripas occultat, & palu- di sese ingurgiat, nomine Lemano, eamque interminans nusquam aquis miscetur externis, sed alitrinsecus summitates undæ præterlabens, segniore queritans, exitus viam sibi

impetu veloci molitur. Unde sine jactura rerum per densa paludum fertur, & Sequanos, longèque progressus, Vien- nensem laterè sinistro pestifringit, dextro Lugdunensem, & emensus spacia fluctuosa, Ararim, quem Saucunnam appellant, inter Germaniam primam fluentem, suum in nomen addidit. Qui locus exordium est Galliarum. Exinde non millenis passibus, sed lucis, itinera metuntur, ubi auctus Rhodanus aquis advenis locupletior, vehit grandissimas naves ventorum flatu jactari sapius affluetas, finituseque inter valles, quas ei natura præscripsit, spumeus Gallico mari concorporatur per patulum sinum, quem vocant Ad gradus ab Are- lata octavo decimo fermè lapide disparatum. Huc usque Marcellinus.

Hoc accidit etiam in aliis minus nobilibus lacubus, ita ut appareat, lacus perquamque veluti domitores esse flumium rapidissimorum, quæ in illis suam ferocitatem deponere vi- dentur, donec collectis viribus, majori impetu, vel minori noxa, in alienum & intra ripas redacta, rursus velut ex ergastulis exitum inveniunt. Mira igitur videntur, quæ de lacu Alphalite in Palestina, quem vulgò Mare mortuum vo- cant, compta sunt. Is enim lacus non solum Jordanem Palaestina fluvium maximum in se recipit, sed etiam rivum. Hoc etiam Cornelius Tacitus observavit. Ita enim de Palesti- na scribit: Præcipuum montium Libanum erigit, mirum di- ctu, tantis in ardore opacum fiduciamque nivibus. Idem nam Jordanem alit, funditque. Nec Jordanes pelago accipit, sed unum atque alterum lacum integer perficit, tertio re- tinetur. Lacus immenso ambitu, speciem maris, vapore corn- ptiore, gravitate odoris accolis pestifer, neque vento impelli- tur, neque pisces aut fœtas aquas volucres patitur. Incertum unde super jacta, ut in solido feruntur; perit imperitque nandi perinde atolluntur. Certo anni tempore bitumen egre- rit: cujus legendi usum, ut cæteras artes, experientia docuit. Ater suapte natura liquor, & sparsò aceto concretus, innat, &c.

Libet quoque de hoc lacu adducere testimonium Iustini Historici. Ita enim scribit: In ea regione lacus est, qui propter magnitudinem, & aque immobilitatem, Mortuum Mare dicitur. Nam neque ventis movetur, resistente turbulenti bitumine, quo aqua omnis stagnatur, neque navigationis pa- tiens est, quoniam omni vita carentia in profundum merguntur; nec materiam sustinet, nisi quæ alumine illiniatur. Hoc tamen, quòd superjacta in folio ferantur (pace Taciti Flavi, Josephi & aliorum, in quorum numero est Diodorus Siculus, dixerim) alter sese habere, ab aliis audivi, & hoc asseverat ex neotericis historicis Andr. Thevetus. Scribit enim se vidisse, quòd Arabes asinum in hunc lacum præcipi- tem dederint, qui statim cum citellus suis submersus sit, neque amplius comparuerit. Sed ut ad meditationem nostram revertamur: Aur oportet, ut hujus lacus Alphalidis lupet- fluum arenis Arabicis contiguus absorbeat, aut abscissus habeat latentes, quibus aqua continuè affluens excipitur, & oculis meatibus cuniculique subterraneis aliò dervetur. Sicut de mari Caspio vel Hircano traditum est, quòd ab quibusdam lacus totius orbis maximus dicitur. Id enim cum propemodum infinita, & maxima flumi- na in se recipiat, tamen ubi ista immensa moles aquarum continuè affluentium egrediantur, nulli certò con- sistat.

Ob eam rem lacus quidam in insula Hispaniola immense la- titudinis, eò quòd multa flumina recipiat, & nulla quæ vi- dentur, egrediantur, ab Hispanis Mare Caspium, ab Indis autem Haneygabam appellatur. De mari Caspio autem Pau- lus Jovius ita scribit: Hoc mare manifesto exitu caret, occul- tus, ut credi par est, hauriens nature specubus, & cæcis vadis absorptum. Quod utique mirum est, cum tot influen- tium annuum perpetuo decursu neque auctum exundet, neque dilata falsigine mitigatum, unquam dulcescat. Toto au- tem ambitu in ovatum speciem ab Africo per obliquum ad Bo- ream se extendens. Euxino ponto magnitudine ferè æ- quit, si à ponto Maotis Palus Zabacca hodie vocata recit- datur, &c.

Mirabile quoque est, quòd de Fucino lacu, quem longi- tudine parem pelago, & Maris viciniam maximè omni- bus usi esse, Strabo scribit. Mirabile, pergit ibidem, prodigium est, illum nonnumquam usque ad montana creles- cere, interitum autem rursus decretere, ut mersa prius la- cu loca desiccantur, & agriculturalium rusticis exhibent. Quæ subterranei humoris transiione occulta quadam ratio- ne sparsim efficiuntur. Deuò autem in unum fontes con- flunt,

A flunt, aut omnino desiccant, aut cursum configunt, quem admodum de Amenoan per Catanam desuente traditur. Qui quidem annos complures evanescens, iterum excurrit. Hæc Strabo.

Non minus mirum est, quòd de Lago olim, hodie verò ab oppidulo vicino, Gyrcintheni lacu in Carnia narratur: Hunc Ortelius non solum elegantissimè depinxit, sed etiam ita ex Lazio & V. Venero descripsit: Hic locus (sic eum voco, nam aut eum lacum, vivarium, aut aruum rectius appellave- rim, nescio) annis singulis frumentum, piscationem & venationem exhibet. Clauditur circumquaque montibus: pater ad sesquimilliarium, minus laxa latitudine pletisque in locis decem & octo cubitos altus est, & ubi minimum profundus, æquat justam humani corporis mensuram. Ex montibus cir- cumpositis rivi quidam ignobiles protrunt, suo quisque al- veolo, ab orientali quidem plaga tres, ab australi quatuor. Sin- guli ipsos cohibent, donec postremò absorbeantur scrobibus læteis, ita natis, ut humano opere excivæ videri possint. (Ar- gonautarum navigationis subter terram argumenta hæc putat Lazius.) Hinc aquis redundantibus, ut recipi non possint, fit, ut regurgient scrobes, neque solum nihil aque admittant, sed etiam quicquid receperint, effundant tanta celeritate, ut re- fluxus impetu equit quavis expedito, & fugienti, egre ef- fugere liceat. Ita quantumque pater locus, diffunduntur aque, & lacum efficiunt. Hæc aquæ non minus ferè celeriter reced- unt, quam accesserunt, sed non per scrobes illas tantum, sed universa penè terra eas non alterè recipiente, quam si per cribrum diffunderetur. Quòd cum fieri sentiant ac- colæ, continuo grandioribus ejus meatibus, quoad fieri potest, obstructis, agrinatum adolunt ad piscationem, quæ ipsis non modo jucunda, sed etiam perfructuosa est. Nam hi pisces sale conditi, magna copia ad vicinos exportantur. Porro siccat lacu fit mellis, quia parte confinis, & idem rursus lacustris, antequam inundet. Graminis ista est ferax, ut post vigintiannum diem secari solet. Quis hic lu- entis nature miracula non suspiciat? Ex cent. 1. Florarum Succisivarum Camerari.

Lapis.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Lapis vocatur à Poetis Os terra. Ita Ovid. justum scribit Pyrrhæ & Deucaloni, l. 1. Metamorph.

Offaque post tergam magna jactate parentis.

Est autem concretio terre durior, quæ effodiur. Saxa enim durissima sunt, & absconduntur à rupibus. Lapidem à ledendo, quòd pedem ledat, deducunt. Græci λίθον vocant.

VARIUS USUS.

Nihil in præsentè de Gemmis earumque viribus dicemus, qui etiam lapidibus accensentur. Et præter vulgarem lapidum usum in ædificia, munitiones, & similia; constat, olim lapi- dibus, quos terminos vocabant, agros distinctos, eoque co- rollis ornare, & venerari solebant: testis Apulejus lib. 1. Flor. Arab. l. 1. c. 1. Gen.

II. Juratari per Jovem, lapidem ex eo genere, quos Silices dicitur, tenebant dicentes, Silices fallo, tum me Diespi- ter salva arce Urbesque bonis ejiciat, ut ego hunc lapidem. Quin Athenenses ad saxum quoddam jurjurandum præ- stabant.

III. Lapidibus militaria distinguebantur, undè & lapis pro millari, accipitur communè phasi. Et Boetius vocat lapides curiosos per quos loca certa distinguntur.

IV. Romæ è lapide præcones sua evulgabant, & ex eodem mancipia venalia proclamabantur. Unde vires homines, de lapide emptos, Cicero appellat. *Timotheus l. 10. cap. 3.*

V. Erat Jerusalem lapis qui dicebatur lapis cranium, ad quem conferrebat, qui aliquid pecciderant, vel inven- rant. Et hi quidem inventa proclamabant, alii eadem reci- pebant. *Schindal in textio.*

VI. Athenis duo lapides argento obducti erant, in qui- bus res atque auctoritates omnes inscribebant. Unum vo- cabant lapidem contumeliæ, alterum impudentiæ. *Passan. in Attic.*

VII. Erat supplicium lapidum usitatum Judæis contra E insectuos, blasphemos, Sabbathum violantes, maledi- cos, &c.

Loca.

LAPIDUM, MARMORUM; UBI MARMORA, LAPIDES.

Marmora ubi nascantur, copiose describit Plin. lib. 36.

In Laconia, qua ad mare propè Hythion descenditur, vicus est, cui Croceæ nomen: in ea lapideina perpetuo ac nusquam interrupto saxo. Cæduntur inde lapides, fluviatilis hæc ab- similes, qui coeno sanè nonnulli repugnant; elaborati tamen & expoliti, suam habent in Deorum cellis exornandis gratiam. Multum idem è piscinis, & aquarum ductibus afferunt de- cotis. *Pass. in Lac.*

Aulis Græciæ regio, marmore Carystio nobilis, uti Pa- ros insula, una è Cycadibus, Paro. *Plin. lib. 3. cap. 12.* Mar- morati veteres tantum candido marmore usi sunt è Paro insu- la, quem lapidem cæpere lychnitem appellare, quoniam ad lucernas in cuniculis cæderetur, ut auctor est Varro, multis postea candidioribus reperitis, etiam in Lunensium lapidici- nis. Sed id Pariorum mirabile proditur, gleba lapidis unius cuneis dividendum soluta imaginem Silenti intus exitisse. *Plin. lib. 3. cap. 5.*

E montibus Atticæ nobilibus Hymettus, effusione marmo- rum pulcherrimorum, & melle optimo. *Strabo lib. 9.*

Sub Tethrio Chalcidibus monte Carystus constitit, cui vicina sunt Syra & Marmarium. In quo Carystiarum columnarum exitio est, ibi Apollinis Marmarini templum est. Ad Carystium lapis nascitur, quem pectunt, nent, textant. Inde mantilia conficiuntur egregie contexta: ea ubi fordescent, in flammam projecta non secus emundantur, quam fit maculas elucris. *Strabo lib. 10.*

Docimica vicus Phrygiæ, in quo Sinadicus lapis effodi- batur (sic enim Romani appellabant) indigene Docimicæ, G & Docimeum. Vena à principio parvas glebas emittit, postea propter maximos Romanorum sumptos columnæ inte- græ & ingentes extrahabantur, varietate Abastorum persimiles. *Ex Strab. l. 12. An. Syl. c. 61. Asia.*

Inter plurima alia Italicæ miracula, ipsa marmora in lapidi- cinis crescere, auctor est Pappyrus Fabianus, nature rerum peritissimus: exemptores quoque affirmant, compleri spontè illa montium ulcera. Quæ si vera sunt, spes est, nunquam de- futuram luxuriam. *Plin. lib. 36. cap. 15.*

Apud solos Megarenæ in tota Græcia Conchites lapis effodiur, insigni candore & mollitie, marinis conchis in- dique refertus. Ex quo constructum fuit monumentum Carl. filio Phoronæ, via quæ Megatis Corinthum ducit. *Passan. in Atticis.*

LAPIDUM PRECIOSIORUM, GEMMARUM.

GEMMIFERA LOCA.

Consule Locum de Gemmis.

QUI SINT.

Laticorrum sententiam quidam *Madawensfr lib. de Deo Sororia*, docet hanc esse, ut credant, Animas de- funditorum, dum sunt in corpore, Genios & Demones nun- cupari: dum à corpore separantur, diæmonod boni fuerint, posterorum suorum curam sortiti, domum pacificè posside- re, & Lares familiares appellari. Si verò scelerati fuerint, vagari incertis sedibus, & homines terrete, latvæque nun- cupari. Imò & Lemures, secundum S. Augustinum. *lib. 8. de Civitate. Vide de his Delrium. Lib. 2. quest. 26. Selt. 2. disquis. magis.*